

# Samedi de la Passion

Samedi 12 avril 2025

● 3ème classe

## INTROÏT *Psaume 30, 10.16.18*

**M**iserere mihi, Dómine, quóniam tribulor : libera me, et éripe me de máribus inimicórum meórum et a persecúntibus me : Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te. **Ps. 30** In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum : in iustítia tua líbera me. **Ÿ.** Glória Patri.

**A**yez pitié de moi, Seigneur, car je suis dans l'affliction ; délivrez-moi et arrachez-moi de la main de mes ennemis et de mes persécuteurs. Seigneur, je ne serai pas confondu, car je vous ai invoqué. **Ps. 30** J'ai espéré en vous, Seigneur, jamais je ne serai confondu ; dans votre justice, délivrez-moi. **Ÿ.** Gloire...

## COLLECTE

**P**roficiat, quæsumus, Dómine, plebs tibi dicáta piæ devotiónis afféctu : ut sacris actiúnibus erudíta, quanto maiestáti tuæ fit grátior, tanto donis potióribus augeátur. Per Dóminum.

**Q**ue le peuple qui vous est consacré, Seigneur, nous vous en prions, progresse par un pieux sentiment de dévotion ; afin qu'instruit par les actions sacrées, il soit d'autant plus enrichi des meilleurs dons, qu'il devient plus agréable à votre majesté. Par...

## LECTURE *du prophète Jérémie 18, 18-23*

**I**n diébus illis : Dixérunt ímpii Iudæi ad ínvicem : Veníte, et cogitémus contra iustum cogitatiónes : non enim períbit lex a sacerdoté, neque consílium a sapiénte, nec sermo a prophéta : veníte, et percutiámus eum lingua, et non attendámus ad univérsos sermónes eius.

Atténde, Dómine, ad me, et audi vocem adversariórum meórum. Numquid rédditur pro bono malum, quia fodérunt fóveam ánimæ meæ ? Recordáre, quod stéterim in conspéctu tuo, ut lóquerer pro eis bonum, et avérterem indignatiónem tuam ab eis. Proptérea da filios eórum in famem, et deduc eos in manus gládii : fiant uxóres eórum absque líberis, et víduæ : et viri eárum interficiántur morte : iúvenes eórum confodiántur gládio in prælio. Audiátur clamor de dómibus eórum : addúces enim super eos latrónem repénte : quia fodérunt foveam, ut cáperent me, et láqueos abscondérunt pédibus meis.

Tu autem, Dómine, scis omne consílium eórum advérsum me in mortem : ne propitiéris iniquitati eórum, et peccátum eórum a fácie tua non deleátur. Fiant corruéntes in conspéctu tuo, in témpore furóris tui ab útere eis, Dómine, Deus noster.

### GRADUEL *Psaume 34, 20.22*

**P**acífice loquebántur mihi inimíci mei : et in ira molésti erant mihi. *Ÿ*. Vidísti, Dómine, ne síleas : ne discédas a me.

**E**n ces jours-là, les Juifs impies se dirent l'un à l'autre : « Venez, complotons contre le juste ; car la loi ne périra pas pour un prêtre, ni le conseil pour un sage, ni la parole pour un prophète. Venez, frappons-le avec la langue, ne prenons pas garde à toutes ses paroles. »

« Écoutez-moi, Seigneur, et entendez la voix de mes adversaires. Le bien se paie-t-il donc par le mal, pour qu'ils creusent une fosse à mon âme ? Souvenez-vous que je me suis présenté devant vous afin de parler en leur faveur, et de détourner d'eux votre colère. C'est pourquoi, livrez leurs enfants à la famine, faites-les passer par le glaive ; que leurs femmes soient privées d'enfants et deviennent veuves, et que leurs maris soient mis à mort ; que leurs jeunes gens soient percés par le glaive dans le combat. Qu'on entende des cris sortir de leurs maisons, quand soudain vous ferez venir sur eux le voleur. Car ils ont creusé une fosse pour me prendre, ils ont caché des filets sous mes pieds.

« Et vous, Seigneur, vous connaissez tous leurs complots pour me faire mourir ; ne pardonnez pas leur iniquité, n'effacez pas leur péché devant vous. Qu'ils soient renversés en votre présence ; agissez contre eux au temps de votre colère, ô Seigneur notre Dieu. »

**M**es ennemis me disaient des paroles de paix ; mais en leur colère ils m'ont affligé. *Ÿ*. Vous avez vu, Seigneur ; ne restez pas en silence, ne vous éloignez pas de moi.

### + ÉVANGILE *selon saint Jean 12, 10-36*

**I**n illo tempore : Cogitaverunt principes sacerdotum, ut et Lazarum interficerent : quia multi propter illum abibant ex Iudæis, et credébant in Iesum. In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cum audissent, quia venit Iesus Ierosólymam, accepérunt ramos palmárum, et processérunt óbviám ei, et clamábant : Hosánna, benedictus, qui venit in nómine Dómini, Rex Israël. Et invénit Iesus aséllum, et sedit super eum, sicut scriptum est : Noli timére, filia Sion : ecce, Rex tuus venit sedens super pullum ásinæ. Hæc non cognovérunt discipuli eius primum : sed quando glorificátus est Iesus, tunc recordáti sunt, quia hæc erant scripta de eo : et hæc fecérunt ei.

Testimónium ergo perhibébat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocávit de monuménto, et suscitávit eum a mórtuis. Propterea et óbviám venit ei turba : quia audiérunt eum fecísse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos : Vidétis, quia nihil proficimus ? Ecce, mundus totus post eum ábiit.

Erant autem quidam gentiles ex his, qui ascénderant, ut adorárent in die festo. Hi ergo accessérunt ad Philíppum, qui erat a Bethsáida Galilææ : et rogábant eum, dicéntes : Dómine, vólumus Iesum vidére. Venit Philíppus, et dicit Andréæ : Andréas rursum et Philíppus dixerunt Iesu. Iesus autem respóndit eis, dicens : Venit hora, ut clarificétur Fílius hóminis. Amen, amen, dico vobis, nisi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit, ipsum solum manet : si autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Qui amat ánimam suam, perdet eam : et qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. Si quis mihi minístrat, me sequátur : et ubi sum ego, illic et miníster meus erit. Si quis mihi ministráverit, honorificábit eum Pater meus. Nunc anima mea turbáta est. Et quid dicam ? Pater, salvífica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater, clarífica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo : Et clarificávi, et iterum clarificábo. Turba ergo, quæ stabat et

**E**n ce temps-là, les princes des prêtres délibérèrent afin de faire mourir Lazare, car, à cause de lui, beaucoup de Juifs se retiraient d'eux, et croyaient en Jésus. Le lendemain, une foule nombreuse venue à la fête, ayant appris que Jésus se rendait à Jérusalem, prit des rameaux de palmier et alla au-devant de lui, en criant : « Hosanna ! Béni soit celui qui vient au nom du Seigneur, le roi d'Israël. » Jésus trouva un ânon, et s'assit dessus, selon ce qui est écrit : *Ne crains pas, fille de Sion ; voici ton roi qui vient, assis sur le petit d'une ânesse.* Ses disciples ne comprirent d'abord pas ces choses ; mais lorsque Jésus fut glorifié, ils se souvinrent qu'elles avaient été écrites de lui, et qu'on les avait accomplies à son égard.

La foule donc qui était avec lui lorsqu'il appela Lazare du tombeau et le ressuscita des morts, lui rendait témoignage ; et c'est aussi parce qu'elle avait appris qu'il avait fait ce miracle qu'elle vint à sa rencontre. Les pharisiens se dirent donc entre eux : « Vous voyez que nous n'avons rien gagné ; voilà que tout le monde court après lui. » Or il y avait parmi eux quelques païens qui étaient montés pour adorer, lors de la fête. Ils s'adressèrent à Philippe, qui était de Bethsaïde en Galilée, et lui dirent : « Seigneur, nous voulons voir Jésus. » Philippe alla le dire à André, puis André et Philippe le dirent à Jésus. Jésus leur répondit : « L'heure est venue où le Fils de l'homme doit être glorifié. En vérité, en vérité, je vous le dis, si le grain tombé en terre ne meurt pas, il demeure seul ; mais s'il meurt, il porte beaucoup de fruit. Celui qui aime sa vie la perdra, et celui qui hait sa vie en ce monde la gardera pour la vie éternelle. Si quelqu'un veut être mon serviteur, qu'il me suive ; et là où je suis, là aussi sera mon serviteur. Si quelqu'un me sert, mon Père l'honorera. Maintenant mon âme est troublée. Et que dirai-je ? Père, sauve-moi de cette heure. Mais c'est pour cela que je suis arrivé à cette heure. Père, glorifie ton nom. » Une voix vint alors du ciel : « Je l'ai glorifié et

audierat, dicebat tonitruum esse tactum. Alii dicébant : Angelus ei locútus est. Respóndit Iesus et dixit : Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. Nunc iudícium est mundi, nunc princeps huius mundi eiiciétur foras. Et ego si exaltátus fúero a terra, ómnia traham ad meípsum. (Hoc autem dicebat, significans, qua morte esset moritúrus.) Respóndit ei turba : Nos audívimus ex lege, quia Christus manet in ætérnum, et quómodo tu dicis : Oportet exaltári Fílium hominis ? Quis est iste Fílius hominis ? Dixit ergo eis Iesus : Adhuc módicum lumen in vobis est. Ambuláte, dum lucem habétis, ut non vos ténebræ comprehéndant : et qui ámbulat in ténebris, nescit, quo vadat. Dum lucem habétis, créдите in lucem : ut filii lucis sitis. Hæc locútus est Iesus : et ábiit, et abscondit se ab eis.

je le glorifierai encore. » La roue qui se trouvait là, et qui avait entendu, disait que c'était le tonnerre. D'autres disaient : « Un ange lui a parlé. » Jésus dit : « Ce n'est pas à cause de moi que cette voix s'est fait entendre ; c'est à cause de vous. Maintenant a lieu le jugement du monde, maintenant le prince de ce monde va être jeté dehors. Et moi, quand j'aurai été élevé de terre, j'attirerai tous les hommes à moi. » (En parlant ainsi, il indiquait de quelle mort il devait mourir.) La foule lui répondit : « Nous avons appris par la loi que le Christ demeure éternellement ; comment donc dis-tu : "Il faut que le Fils de l'homme soit élevé" ? Qui est ce Fils de l'homme ? » Jésus leur dit : « Pour un peu de temps encore, la lumière est parmi vous. Marchez, pendant que vous avez la lumière, de peur que les ténèbres ne vous surprennent ; celui qui marche dans les ténèbres ne sait où il va. Pendant que vous avez la lumière, croyez en la lumière, afin que vous soyez des enfants de la lumière. » Ayant ainsi parlé, Jésus s'en alla, et se déroba à leurs yeux.

### OFFERTOIRE *Psaume 118, 12.121.42*

**B**enedíctus es, Dómine, doce me iustificatiónes tuas : et non tradas calumniántibus me supérbis : et respondébo exprobrántibus mihi verbum.

**V**ous êtes béni, Seigneur, enseignez-moi vos commandements ; ne me livrez pas aux orgueilleux qui me calomnient : alors je répondrai à ceux qui m'insultent.

### SECRÈTE

**A**cunctis nos, quæsumus, Dómine, reátibus et perículis propitiátus absólve : quos tanti mystérii tríbuis esse consórtes. Per Dóminum.

**D**e tout péché et de tout péril, Seigneur, nous vous en prions, délivrez-nous miséricordieusement, vous qui nous accordez de participer à un si grand mystère. Par...

### PRÉFACE DE LA SAINTE CROIX

**V**ere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi semper et ubique grätias ägere : Dómine, sancte Pater, omnipotens æterne Deus :

Qui salutem húmani géneris in ligno Crucis constituísti : ut, unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret : et, qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur : per Christum Dóminum nostrum.

Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítteri iúbeas, deprecámur, súpplíci confessiône dicentes.

### COMMUNION *Psaume 26, 12*

**N**e tradíderis me, Dómine, in ánimas persecúntium me : quóniam insurrexérunt in me testes iníqui, et mentíta est iníquitas sibi.

### POSTCOMMUNION

**D**ivíni múneris largitáte satiáti, quæsumus, Dómine, Deus noster : ut huius semper participatióne vivámus. Per Dóminum.

### ORAISON SUR LE PEUPLE

Orémus. Humiliáte cápita vestra Deo.

**I**l est vraiment juste et nécessaire, c'est notre devoir et notre salut de vous rendre grâces toujours et partout, Seigneur, Père saint, Dieu éternel et tout-puissant.

Vous avez établi le salut du genre humain dans le bois de la croix, afin que la vie rejallît par où la mort avait surgi, et que celui qui triomphait sur un arbre fût vaincu aussi sur un arbre, par le Christ notre Seigneur.

C'est par lui que les Anges louent votre majesté, que les Dominations l'adorent, que les Puissances la révèrent, que les Cieux et les Vertus des cieux, ainsi que les bienheureux Séraphins, la célèbrent dans une même allégresse. À leurs chants nous vous supplions de laisser se joindre aussi nos voix, pour proclamer dans une humble louange...

**N**e me livrez pas, Seigneur, à ceux qui me persécutent ; car contre moi se sont élevés des témoins iniques, et l'iniquité a menti contre elle-même.

**R**assasiés par la générosité du don divin, nous vous demandons, Seigneur notre Dieu, de toujours vivre de la participation à ce don. Par...

Prions. Humiliez vos têtes devant Dieu.

**T**ueatur, quæsumus, Dómine, dextera  
tua pópulum deprecántem : et  
purificátum dignánter erúdiat ; ut,  
consolatióne præsénti, ad futúra bona  
proficiat. Per Dóminum.

**Q**ue votre droite, Seigneur, nous vous  
en prions, protège le peuple suppliant  
et, après l'avoir purifié, l'instruise avec  
bonté ; afin que la consolation présente  
l'achemine vers les biens futurs. Par...